

dare Fratribus ad Prædictum officium ex-
 ercendum, populos clericorum, nisi de licen-
 tia Ordinarii, sequitur quod cum in hoc Bre-
 ui Pii. 5. concedatur Capitulis Prouinciali-
 bus, vt possint licentiam dare suis Fratribus,
 officium Parochi exercendi in populis assign-
 natis, & assignandis, necessario debet intel-
 ligi de assignatione facta per Episcopum, vel
 Proregem de tali & tali populo conuentui
 talis Monasterii, vt dixi, vel facta per Regē
 Philippum, vel eius Governatorem, quia est
 Patronus Indiarum, vt declarabitur verbo
 Reges Catholici.

¶ Aduertunt secundo, q̄ Prædicta licen-
 tia ad exercendum officium Parochi, que
 mandatur à Fratribus obtineri in Breui Pii.
 5. in Capitulis Prouincialibus, debet neces-
 sario Fratribus ibi committi. Sic enim di-
 citur in Breui: non tamen necessarium erit,
 quod Fratres ibi se personaliter presentent:
 quia Breue solum dicit, quod in Capitulis
 Prouincialibus obtineatur illa licentia, &
 posset tunc definitorium dicere, quod omnes
 Fratres, quos nominauerit Prouincialis, vel
 Priores, vel Vicarii, aut Guardiani domorum
 in Sacramentorū administratione circa Indos,
 habet